

Melchior von Watt¹⁾ an Vadian.

Wien. 1518. Juli 16.

Seine Reise nach Wien und mehrwöchentlicher Aufenthalt daselbst. Ökonomische Sorgen. Bitte um Bücher. Ein literarisches Geschenk des Lucas Alantse; Schwierigkeit, dasselbe nach St. Gallen zu schaffen. Empfehlung ~~des Überbringers~~ ^{von} Johannes von Hinwil.

Octavo die post abitum tuum in patriam relicta Cracovia^{a)} Vienne^a me equo diebus plus minus quinque perveni, ubi non diu, verum ad aliquot hebdomadas^{b)} cum domino Ioanne Hinviler²⁾ mansi, qui locus, quia studiis meis minus opportunus^{c)} videbatur, ut triclinium aliubi conducerem pretio^{d)} utcunque grandi effecit. Nec credebam dominum magistrum Wolfgangum³⁾ mecum impediendum fore; alia enim eius, alia mea, qui iuvenis sum et paulo adhuc irrequietior^{e)}, negotia^{f)} volunt. Prosequor eum amore tecum parili et præcipue^{g)}, quod gratum non tam tibi quam utile est ob observatam ab igni⁴⁾ supellectilem^{h)} tuam opera conterraneorum nostrorum indefessa; puta, quod plurimum de eis omnibus meritus es. Viginti florenos sperabam me, cum Vienne^a venire, inventurum, quemadmodum, ut idem possem, tibi litteris meis commiseramⁱ⁾; tamen re se aliter habente mihi persuasum Wolfgangi Hayligma(i)er³⁾ satisfactum est. Is etenim mecum ad dominum Lucam Alance⁴⁾ ivit, et ut decem ego, ipse quinque de pecunia, quam tibi attuleram, ad nostros uterque usus, datis pro te decem, obtineremus, precati sumus; quo admisso æs suum dominus magister passim, ut iussisti, distribuit. Ego mihi tunicam emi floreno adiecto; debitoribus subinde aliquibus, qui pannum et serici contextum ad diploida mihi crediderant, a te non solutis, quod eorum erat dedi; necessaria^{k)} mihi providi Cracoviæ. Nuptiæ^{l)} quatuor^{m)} aureos absumpserunt. Decem mihi Hector⁵⁾ donavitⁿ⁾, quamquam ad insanum et invidum hominem quendam, cum me forte quæreret^{o)}: quo maiore angeretur dolore? de decem Hungaricalibus dixerim. Conradus noscit^{p)} eum; cuius litteras qui si legerit, idem tibi dicet, quamquam non sit. In itinere pro me

et equo tres et dimidium floreni exposui; Viennæ^{d)} cum equum non statim vendere possem, diebus quatuordecim pluris floreno habere cogebat. Tu tamen hæc^{e)} minus libenter forsitan audis, etsi et rationem^{f)} postulare consueveris; quamobrem velim tibi persuaderes, me in omni re commoditatis^{g)} et tuæ et meæ esse studiosissimum. Octo florenis, quos habeo, videbo victum mihi hoc anno comparem; tu, ut et libros ego aliquot nanciscar, tuam apud parentes operam adhibebis. De me Conradus, quod non scribere possum, dicit, de doctore Gamp^{h)} Wolfgangus Hayl(igmaier); celebrabit nuptiasⁱ⁾ de cimo quinto Kalendas Augusti. Scripsi hoc decimo septimo. — Lucas Alance prope diem contentabitur, cuius donum Artis Poeticæ libros duos ad te qui deferat, invenio neminem: nimirum, quod tantæ eruditionis^{j)} pondus hoc gravissimum suis viribus impar subterfugiant aut quod ita sparsam famam et laudem tuam sciunt, ut timendum ipsis sit, ne, quocumque ferant, noctuam Athenas portent, eo equidem non vel maiore nomen tuum augeri. Ceterum honoribus tuis gratulor plurimum: et gratias non minus ago tibi, qui tanti me in commentariis tuis in Melam facis, quam si defuncto mihi vitam restituissem, idem certe præstans^{k)}. Vale et vitato mendacio domino Ioanni de Hinwil si prodesse potes, precor quantum licet prosis. Viennæ^{l)} Pannoniæ, 17 Kalendas Augusti, anno 18.

Salutes parentes nostros.

Melchior Vadianus,

a pedibus tuis semper.

Adresse fehlt.

a) „Gracovia“ — b) „Heptomadas“ — c) „oportunus“ — d) „precio“ — e) „irrequiecior“ — f) „negocia“ — g) „precipue“ — h) „supplectilem“ — i) „comiseram“ — k) „necesaria“ — l) „nuptia“ — m) „quotuor“ — n) „doavit“ — o) „quereret“ — p) nescit? — q) „Viennæ“ — r) „hec“ — s) „racionem“ — t) „comoditatis“ — u) „nuptias“ — v) „erudicionis“ — w) „prestans“.

1) Vrgl. I, Brief 119. — 2) Vrgl. I, Brief 47. — 3) Vrgl. I, Brief 65. — 4) Vrgl. I, Brief 38. — 5) Vrgl. I, Register unter «Watt». — Vrgl. I, Register.